

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Et nichanor quidem cum summa superbia erectus cogitauerat commune trophæum statuere de iuda. Machabeus autem sepe confidebat cum omni spe auxiliū sibi a dño affuturū. et hortabat suos ne formidaret ad aduentū nationū sibi in mente haberet adiutoria sibi facta de celo: et nunc sperarent ab omnipotente sibi affuturā victoriam. Et allocutus eos de lege. et prophetis: ammonēs etiā certamina que fecerāt prius: p̄mpeores distulit eos. Et ita animis eorum erectis: simul ostendebat genū fallaciam. et iuramento preuaricationem. Singulos autem illorum armavit non clipei et haste munitione. sed sermonibus optimis et exhortationibus: exposito digno sermone: per quod uniuersos letificauit. Erat autem huiusmodi visus. Omnia quae fuerat summus sacerdos virū bonū et benignū verecundū visu modestū moribus et eloquio decorū. et quae a puero in virtutibus exercitatus sit. manus protendentem: orare pro omni populo iudeorum. Post hoc apparuisse et aliū virū etate et gloria mirabilem: et magni decoris habitudine: eadem illū. Respondente vero omnia dixisse. Hic est frater amator et populi israel: hic est qui multū orat pro populo et vniuersa sancta ciuitate iherusalem. ieremias propheta dei. Extendisse autem ieremiam dextrā: et dedisse iude gladium aureū dicentē Accipe sanctū gladium munus a deo: in quo deities aduersarios populi mei israel. Exhortati itaque iude sermonibus bonis valde. de quibus extolli possunt impetus. et animi iuuenum confortari: statuerunt dimicare et asligere fortiter ut virtus de negotiis iudicaret: eo quod ciuitas sancta et templum periclitarentur. Erat enim pro vxoribus et filiis. itemque pro fratribus et cognatis maior sollicitudo: maximus vero et primus pro sanctitate timor: erat templi: sed et eos qui in ciuitate erant non minima sollicitudo habebat pro hijs qui congressuri erant. Et iam cum omnes speraret iudicium futurum hostesque adessent atque exercitus erat ordinatus bestie equitesque oportuno loco compositi: considerans machabeus aduentum multitudinis et apparatus variū armorum. ac ferocitatem bestiarum extendens manus in celum. prodigia facientem dominum inuocauit: qui non secundum armorum potentiam. sed prout ipsi placet dat dignis victoriam. Dixit autem inuocans hoc mo-

do. Tu domine qui misisti angelū tuum sub ezechia rege iude. et interfecisti de castris sennacherib centum octoginta quinque milia: et tunc dominator celorum misisti angelum tuum bonum ante nos in timore et tremore magnitudinis brachij tui: ut metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populū tuū. Et hic quidem ita perorauit: nichanor autem et qui cum ipso erant cum tubis et cantibus admovebant. Judas vero et qui cum eo erant inuocato deo per oraciones congressi sunt: manu quaedam pugnantēs. sicut et dominum cordibus orantes prostrauerunt non minus triginta quinque milia presentia dei magnifice delectati. Cumque cessassent et cum gaudio redirent: cognouerunt nichanorem ruisse cum armis suis. Facto itaque clamore et perturbatione suscitata: patriar voce omnipotentem dominum benedicebant. Precepit autem iudas qui per omnia corpore et animo mori pro ciuibus paratus erat: caput nichanoris et manū cum humero abscisa iherosolimā perferri. Quo cum puellae duocatis stribulibus et sacerdotibus ad altare: accesserunt et eos qui arce erant. Et osteso capite nichanoris et manu nepharia quā extenderat contra domum sanctam omnipotentis dei: magnifice gloriatus est. Lingua etiā impij nichanoris percussa iussit percuti auiibus dari: manū autem dimittis contra templū suspendi. Deus igitur celi benedixerunt dominus dicentes: benedictus qui locum suum incontaminatum seruauit. Suspendit autem nichanoris caput in summa arce: ut euidenter esset et manifestū signū auxiliij dei. Itaque omnes comuni consilio decreuerunt nullo modo diē istū absque celebritate preterire: habere autem celebritatē tridecim die mensis adar: quae dicitur voce siriacā per diē madochei die. Igitur hijs erga nichanorē gestis: et ex illis temporibus ab hebreis ciuitate possessa. ego quae in hijs faciā finē sermōis. Et si quidem bene et ut historie optat hoc et ipse velim: si autem minus digne: cedere dum est michi. Sicut enim vinum semper bibere aut semper aqua. contrarium est: alterius autem vti delectabile: ita legibus si semper exactus sit sermo non erit gratus. Hic ergo erit consummatus.

Explicit secundus liber machabeorum